L. Carolinae (Mass. Cap. p. 66). — Mit der vorhergehenden: Dr. Wawra No. 58.

L. pachyospora (Mass. Cap. p. 65). — An freien hervorragenden verwitterten Blöcken auf halber Höhe des Green Mountain: Dr. Wawra No. 56.

Opegrapha aterula Müll.-Arg. Gaz. Nachtr. p. 139. — An dürren Zweigen: Dr. Naumann.

O. Zanei Mass. Cap. p. 80. — An kleinen Höhlungen oder beschatteten Stellen der Felsen des Green Mountain: Dr. Wawra No. 55.

Stigmatidium Capense (Mass. Cap. p. 81). — An freien vorragenden verwitterten Blöcken auf halber Höhe des Green Mountain: Dr. Wawra (ohne Nummer, aber Fund- sowie Standort aus den Angaben in Mass. l. c., verglichen mit dem Tagebuchauszug Wawra's, hinreichend klar festzustellen). Die Benennung »*Capense*« für eine Pflanze, zu deren Standort Massalongo selber in Parenthese »(Ascension)« beifügt, lässt doch entweder über die geographischen Kenntnisse Massalongo's oder über seine Gründlichkeit beim Arbeiten gerechte Bedenken aufkommen.

Lichenologische Beiträge

von

Dr. J. Müller.

XXXIII.

1508. **Leptogium foliare** Krplh. Lich. foliicol. p. 2 et Lich. Becc. p. 10, est species insignis e sectione *Stephanophori*. Apothecia evoluta 3 mm lata, lacinulis fertilibus turgidis brevibus podicellata, tota adnata et apicem occupantia, i. e. terminalia, infra marginem proprium lobulis exiguis thallinis crispulis coronata; sporae utrinque rotundato-obtusae, medio subconstrictae, 4-loculares, loculi duo intermedii vulgo cruciatim divisi. — Subsimile est *L. tremelloidi* Fr., sed monophyllum, arcte adpressum et totum crebre rugulosum. — Borneo: Beccari. (vidi specim. orig.)

1509. **Leptogium crispulum** Krplh. Lich. foliicol. p. 1 et Lich. Becc. p. 9, quoad specimen ramulicolum ex ins. Sarawak, est parvum pulviniforme, fulvescenti-pallidum, laciniae confertae, margine undulato-crispae, saltem pro parte, caeterum integrae v. etiam leviter crenato-denticulatae, obsolete rugulosae. — Non diversum videtur a *Leptogio diaphano* Nyl. Syn. p. 125, at hoc ipse vix specifice differt a vulgatissimo et variabili *Lept. tremelloide* Fr. Planta Sarawakensis, sterilis, forte pro forma crispula hujus speciei habenda esset, sed specimina foliicola *L. crispuli* nondum vidi.

1510. **Coccocarpia epiphylla** Krplh. Lich. foliic. p. 5, et Lich. Becc. p. 13 (excl. syn. Féean.), eadem est ac **Coccocarpia aeruginosa** Müll. Arg. Revis. Lich. Féean. p. 16. Sporae 6—8 μ longae (duplo longiores

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05168-0191-8

vidi quam in descript. Krempelhuberi). — In insula borneensi Sarawak (vidi specim. orig. Krplh.).

1511. **Lecanora micrommata** Krplh. Lich. foliicol. p. 3, et Lich. Beccar. p. 16, sit **Lecania micrommata** Müll. Arg., juxta *Lecaniam heterochroam* Müll. Arg. L. B. n. 283 locanda, a qua differt thallo cinereo-glauco, laevigato et disco fusco. Hypothecium crassum rufo-fulvum est. — Foliicola in Borneo: Beccari (vidi specim. orig.).

1512. **Biatora Phyllocharis** Montg. Cent. VI. n. 16 bis et Sylloge p. 340, eadem est ac *Gyalectidium dispersum* Müll. Arg. L. B. n. 252, et dein **Gyalectidium Phyllocharis** nuncupanda est. Specimen orig. Montg. pauperrimum est et apothecia nunc tantum juvenilia offert, et in iisdem foliis insuper occurrit similiter juvenile *Gyalectidium filicinum* Müll. Arg. L. B. n. 253, facile recedens thallo planiore, minus aeruginoso et minute granulari et margine apotheciorum haud integro. — In insula Taïti: Lépine n. 20 (vidi specim. orig. Montg.), et in Australia orientali: Bailey n. 436, 503.

1513. **Gyalectidium rotuliforme** Müll. Arg. Lich. Paraguay. n. 100, sit **Myxodictyon rotuliforme.** Gonidia l. c. perperam phyllactidialia indicata sunt. Hyphae ipsae pro parte dense radiantes fere *Phyllactidium* simulant, sed gonidia vera globosa vulgaria sunt (copiose visa). — In Paraguay.

1514. **Lecidea pallidula** Krplh. Lich. foliicol. p. 9, et Lich. Becc. p. 27, sit **Patellaria** (s. **Bilimbia**) **pallidula** Müll. Arg. — Cum *Lecidea pineti* Schrad. comparavit cl. Krempelhuber, sed gonidia non sunt chroolepoidea et planta dein ab hac generice diversa est. — Thalli granula $^1/_{10}$ mm lata et minora, i. e. minora quam in *P. galbinea*, et glauco-albida; apothecia bene evoluta diametro $^2/_5$ mm attingunt. — In Borneo (vidi specim. orig.).

1515. **Lecidea galbinea** Krplh. Lich. foliicol. p. 8 et Lich. Becc. p. 27, sit **Patellaria** (sect. **Bilimbia**) **galbinea** Müll. Arg.; thalli granula hemisphaerica circ. $^3/_{20}$ mm lata, intus laete flava; apothecia $^3-^4/_5$ mm lata; sporae 12—14 μ longae, $3^1/_2-4^1/_2$ μ latae, utrinque obtusae. — E sporis et colore flavido-fulvo disci proxima est *P. palmicolae* (Tuck.). — In Borneo (vidi specim. orig.).

1516. **Lecidea palmicola** Tuck. in Proceed. Amer. Acad. v. 6, p. 277, North Amer. Lich. p. 158 (et Lich. Cub. n. 201); Krplh. Lich. foliicol. p. 10 et Lich. Becc. p. 26, sit **Patellaria** (sect. **Bilimbia**) **palmicola** Müll. Arg. — Similis *P. galbineae*, sed thallus laevissimus, continuus, haud granuliger, apothecia minus fulvo-flavicantia et sporae bene evolutae validiores, caeterum conformes. — In Borneo (vidi specim. orig.).

1517. **Patellaria** (sect. **Bilimbia**) **fumoso-nigricans** Müll. Arg. Lich. epiph. nov. n. 14, v. **fulvescens** Müll. Arg.; apothecia fulvescenti-fusca. — Reliqua omni respectu conveniunt, sed planta primo intuitu satis discrepans. Inter apothecia plantae normalis speciei subinde occurrunt quaedam fuscescentia et transitum manifestum praebent. — Foliicola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1456.

1518. **Patellaria** (sect. **Bilimbia**) **pellicula** Müll. Arg.; hoc sub nomine recipienda est planta, quam antea in Lich. Gazelle p. 56, neglectis gonidiis, sub **Arthonia pellicula** habui, quae forma apotheciorum et ascis late obovoideis optime *Arthoniae* speciem simulat, quae autem re vera

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05168-0192-4

ab *Arthoniis* differt gonidiis globosis, nec chroolepoideis et dein *Patellariis* adscribenda est. Juxta consimilem *P. fumoso-nigricantem* Müll. Arg. inserenda est, a qua recedit sporis majoribus, 22—30 μ longis et 8—11 μ latis et forma brevi ampliuscula ascorum. — In foliis Aurantiorum in insula Fidji: Naumann.

1519. **Lecanora epiphylla** Krplh. Lich. foliicol. p. 3 et Lich. Becc. p. 60 (non Fée), est **Patellaria** (sect. **Bilimbia**) **leucoblephara** Müll. Arg. L. B. n. 277. — Foliicola in Singapore (vidi specim. orig.).

1520. **Biatora tricholoma** Montg. Guy. n. 114, et Syllog. p. 339, sit **Patellaria** (sect. **Bilimbia**) **tricholoma** Müll. Arg. et eadem omnino est illa quam olim prope Caracas in foliis *Stanhopiae* lectam et a cl. Dr. Ernst missam sub *Patellaria cinnamotricha* in meis Lich. Beitr. n. 294 descripsi. Jam l. c. ambas valde affines credidi, at colore vestimenti apotheciorum, in descriptione Montg. l. c. haud bene indicato, diversas putare debui. Pili marginis cinnamomei, circ. 15—27 μ longi et 4—5 μ lati, haud stricti, nonnihil asperuli. — In Guyana gallica: Leprieur n. 1366, et prope Caracas: Dr. Ernst (vidi specim. orig. Montg.)

1521. **Patellaria** (sect. **Bilimbia**) **rufula** Müll. Arg. L. B. n. 299, var, **nigrata**; apothecia nigrata. — Est analoga *P. fuscatulae β nigricanti* Müll. Arg. L. B. n. 298, et species ambae vix inter se absolute diversae sunt nisi sporis, in priore latioribus et magis divisis vulgoque, non semper, longioribus. Reliqui characteres, colores marginis et hypothecii ludunt. — Foliicola prope Rio de Janeiro: E. Ule n. 18 pr. p.

1522. **Patellaria** (s. **Bilimbia**) **tomentosa** Müll. Arg.; thallus albido-argillaceus, tenuissimus, continuus, superficie leprosulus v. obsolete tomentellus; gonidia globosa; apothecia circ. 1/3 mm lata, depresso-hemisphaerica, basi subconstricta, novella undique vestimento cum thallo concolore breviter tomentoso-tecta, vertice dein punctis nonnullis discretis subnigris mox confluentibus v. simul toto vertice denudata, at persistenter late tomentoso-marginata; hypothecium nigro-fuscum; sporae ignotae, sed affinitas naturalis optime manifesta. — Valde affinis *P. leucoblepharae* Müll. Arg., sed apothecia juniora tota, etiam in disco, vestimento involuta, saepius sensim per puncta discreta in disco denudata et semper longe minus depressa quam in comparata specie. Punctula illa denudata bene *Chiodecton* simulant, sed lamina unica adest et gonidia globosa sunt, aut spermogonia jun. referre videntur, sed non sunt receptacula. — Foliicola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 2100.

1523. **Lecidea cinnamomea** Krplh. Lich. foliic. p. 7 et Lich. Becc. p. 27, sit **Patellaria** (sect. **Bacidia**) **cinnamomea** Müll. Arg.; thallus pulveraceo-furfuraceus, cinnamomeus; gonidia globosa, glomeruloso-cohaerentia, flavescenti-viridia; apothecia novella pallido-carnea, dein carnea, livido-fuscescentia et demum rufo-nigrata; margo primum pallidus, demum sensim in nigrum abiens et levissime tantum prominens; hypothecium rufum v. rufo-fuscum; sporae 4-loculares, 20—28 μ longae, 1 1/2—2 μ latae. — Inter brachy-stenosporas thallo eximie distincta est. — In Borneo, foliicola (vidi specim. orig.).

1524. **Sporopodium Leprieurii** Montg. Guy. n. 116 in Ann. Sc. nat. 3, XVI, p. 54, et Syllog. p. 341; *Lecidea reveniens* Nyl. Enum. gén. p. 123 n. 99; thallus (e miserrimo specim. orig.) maculari-tenuis, flavescenti-glaucus, granulis 1/10 mm latis acutiuscule hemisphaericis crebre ad-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05168-0193-0

spersus; gonidia globosa, circ. 5—6 μ lata, glomeruloso-cohaerentia; apothecia 1/2—1 mm lata, e depresso mox elatiuscula; discus nigro-fuscus et nudus, convexus; margo fuscus, primum latus sed non prominens, mox dein evolutione laminae exclusus; receptaculum extus ciliis retrorsis longiusculis dein evanescentibus cum thallo concoloribus ornatum; lamina fulva, inferne obscurior; paraphyses valde tenellae, intricatim connexo-ramosae; sporae in ascis solitariae, elongato-ellipsoideae, curvulae, juniores 70—80 μ longae (100 μ longae ex Montg.), locelli in series 30 transversales dispositae (nullomodo podicellatae). — Descriptio Montagneana multis gravissimis falsis obscurata est, et nomen genericum infelicissimum res falsas indicans haud admittendum est. E structura exposita verum *Lopadium* est et quidem species valde distincta ob apothecia extus ciliata. Sit dein **Lopadium Leprieurii** Müll. Arg. — In Guyana gallica: Leprieur (vidi specim. orig.)

1525. **Phlyctis? arachnoidea** Krplh. Lich. foliic. p. 11, et **Phlyctis arachnoidea** ejusd. Lich. Becc. p. 16, e forma gonidiorum et apotheciis biatorino-marginatis non est hujus generis; sit **Lopadium arachnoideum** Müll. Arg.; gonidia globosa, vulgaria; apothecia 1/4—1/3 mm lata, arcte sessilia, extus tota altitudine pilis copiosis 5—6 μ crassis, simplicibus aut subpectinatim ramosis, rigidis, eximie pachydermeis, hinc inde fere solidis et latitudini disci circ. aequilongis aut eo longioribus radiatim strigoso-pilosa; margo pallidus, sed intus gonidiis destitutus, demum lividus aut nigricans, integer, pro more crassiusculus et prominens; discus e fusco demum nigricans; hypothecium pallide nigricans; paraphyses tenellae, molles, laxiuscule connexo-ramosae; asci 1-spori; sporae non bene evolutae mihi obviae, visae 65 μ longae et 17 μ latae (a cl. Krplh. visae duplo longiores et latiores), copiose cubico-multicellulosae. — Est species insignis, quodammodo analoga *Patellariae leucoblepharae* Müll. Arg. — Borneo (vidi specim. orig.)

1526. **Echinoplaca epiphylla** Fée Ess. p. XCIII, t. 1, Fig. 29, cujus originalia nondum vidi, est, ut omnia suadent, *Lopadium vulgare* Müll. Arg. L. B. n 276, in cujus thallus, apotheciis admixta, adest *Tricharia melanothrix* Fée. Haec *Tricharia* enim etiam similiter occurrit inter apothecia *Lopadii urceolati*, *L. carnei*, *L. epiphylli* Müll. Arg., quorum apothecia minus pallida et minus in thallo innato-sessilia sunt. — Genus *Echinoplaca* dein, e rebus inter se alienis compositum omnino recusandum est.

1527. **Lecidea** (s. **Biatora**) **Araucariae** Müll. Arg.; thallus albidus v. albo-virens, maculiformi-tenuis, laevigatus, demum leprosus; gonidia globosa, circ. 7—8 μ lata; apothecia 2 3/10 mm lata, flavescenti-pallida, convexa, immarginata, nonnihil pellucentia et demum pro parte lividofuscescentia; lamina undique hyalina; paraphyses conglutinatae; asci elongato-obovoidei, 8-spori; sporae 12—14 μ longae, 3—3 1/2 μ latae, cylindrico-ellipsoideae, utrinque obtusae et longo tractu caeterum aequilatae, rectae aut incurvae. — Prope *L. tenuem* Müll. Arg Lich. Afric. occid. n. 19 locanda est. — In foliis sublignosis vetustis *Araucariae* prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 2233 pr. p.

1528. **Byssocaulon niveum** Montg. Flor. Fernandez. p. 9, n. 52, Nyl. Enum. gén. p. 119, s. *Parmelia gossypina* v. *filamentosa* Montg. Guy. n. 95, et Syllog. p. 331, ex ins. Juan Fernandez (Bert.), non differt a normali *Byss. gossypino* (Sw., Ach.) Müll. Arg. Lich. Gazelle Nachtr. p. 138,

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05168-0194-6

quod in Lich. Wrightian. Cub. sub n. 110 pulchre distributum fuit et in ins. Jamaica recenter a cl. Hart pulchre fructiferum lectum est.

1529. **Coenogonium tenuissimum** Krplh. Lich. foliic. p. 6, et Lich. Becc. p. 25, est proximum *C. depresso* Müll. Arg. L. B. n. 364, et ab hoc differt filamentis 6—7 μ crassis, fere albis, pluries longioribus, valde intricato-interplexis. — Borneo (vidi specim. orig.).

1530. **Aulaxina** Fée Ess. p. C. et XCIV. t. 2. Fig. 6, et Suppl. p. 47. t. 43, add. Fig. 18 bis; thallus crustaceus; gonidia globosa, laete viridia; apothecia gymnocarpica, lirellina, ex orbiculari oblongata et linearia, margine proprio lecideino praedita; paraphyses laminae irregulares (valde tenues), connexae; sporae hyalinae, transversim divisae. — Gonidia ut in *Lecanoreis* et *Lecideeis*, sed apothecia ut in *Opegrapha* (sed perithecium in speciebus notis dimidiatum) et genus diu diuque neglectum nunc inter *Xylographideas* (Xylographideos Th. M. Fries Scand. p. 634) inserendum est.

1531. **Aulaxina opegraphina** Fée. Ess. p. XCIV. t. 2. Fig. 6; thallus e fuscidulo aut obscure olivaceo dein in colorem virentem aut argillaceum abiens, late expansus, tenuissimus, maculiformis et laevigatus, demum circa apothecia minute orbiculatim decolorando-albescens (hoc statu in opere Féeano pictus et descriptus), orbillis his decoloratis demum confluentibus; gonidia 7—10 μ lata; apothecia primum orbicularia, mox centro late aperta; margo regulariter annularis v. mox plus minusve angulosus, demum ambitu oblongatus aut varie trigonus, obtuse aut acute angulatus, niger et semper prominens et nudus, diametro majore demum $^1/_4$ — $^1/_2$ mm aequans, caeterumque tamen longe minor; margines in sectione perpendiculari inferne patentes, sub lamina plane et late deficientes; discus planus, depressus, cinereo-pruinosus; lamina tota cum hypothecio hyalina; paraphyses valde tenellae et irregulariter connexae; asci elongato-obovoidei, 2—6-spori; sporae hyalinae, circ. 25—40 μ longae et 7—8 μ latae, longo tractu aequilatae, utrinque rotundato-obtusae, 4-9-loculares. — Apothecia saepissime incomplete evoluta, rotundata, et sporae ipsae saepissime immaturae inveniuntur. Lamina ut in *Lopadiis* et *Arthoniis*. — Foliicola prope Rio de Janeiro: Glaziou n 18104, 18075 pr. p.; in foliis *Psychotriae* ad Porto Estrella; prope Apiahy in variis foliis: Puiggari n. 310, 1736, 2650; et in foliis *Tabernaemontanae* prope Babiam, in *Psychotria* ad Rio Negro.

1532. **Aulaxina velata** Müll. Arg.; thallus virenti-argenteus v. demum pure argenteo-albus, tenuissimus, minutissime ruguloso-v. subgranulato-inaequalis; gonidia globosa; apothecia nigra, usque ad rimam halone argenteo thallino velata, e brevi linearia, subsimplicia, recta et curvula, circ. $^1/_{10}$ mm lata v. leviter latiora, $^1/_4$—1 mm longa, arcte adpresso-sessilia; labia in sectione perpendiculari conico-conniventia, demum superne nudata; perithecium basi deficiens; hypothecium olivaceo-fuscum; asci 1—2-seriatim 8-spori; sporae hyalinae, tenellae, 9—20 μ longae et $2^1/_2$—4 μ latae, digitiformes, regulariter 4-loculares. — Foliicola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 1515, 2673.

1533. **Rotula vulgaris** α **radians**; *R. radians* Müll. Arg. Lich. epiphyll. nov. n. 48, s. genuina *Strigula Rotula* Montg. Cub. p. 140 (fide specim. orig.); *Platygrapha Rotula* Nyl. Enum. gén. p. 139, est accurate *Platygrapha radians* Müll. Arg. Lich. Paraguay. n. 166, sed character sporarum in Montagnei Syllog. p. 375 amplius indicatus, sc. sporae pluries

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05168-0195-1

septatae, evidenter (ut docent specim. hl. Montg.) e speciminibus guyanensibus Leprieurii n. 1358, 1359, desumtus, a planta primitiva cubensi hujus nominis recedit et species dein hucusque e scriptis Montagn. recte erui haud potuit. Sporae in vera planta cubensi circ. 20 μ longae et 4 1/2 μ latae sunt (non maximae), tantum 4-loculares (nec pluriseptatae), quarum loculus superior intermediorum demum plus minusve manifeste ventricosus s. reliquis paullo latior est. — Foliicola in Cuba (hb. Montg., et in *Blechno* collectionis Wrightianae sub n. 864), ad flumen Amazonum (Spruce), et frequenter in Brasilia meridionali prope Rio de Janeiro: Glaziou, et prope Apiahy: Puiggari.

— — β **granularis** Müll. Arg.; thallus plus minusve copiose minute aut minutissime granuliger, granula sparsa. — Foliicola vulgaris in Brasilia meridionali, prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 18083 pr. p., 18085 pr. p., et ibidem in Serra da Bica in foliis *Dactylostemonis:* E. Ule n. 49; prope Apiahy: Puiggari n. 1038 pr. p., 2230, 2231 b, 2529, 2537.

— — — ***athallina** Müll. Arg.; thallus circa apothecia omnino v. fere omnino evanescens, vestigia thalli (quae raro adsunt) granuligera. — Sporae non differunt. Primo intuitu valde recedens, sed transitus adsunt. — Foliicola prope Apiahy: Puiggari n. 1038 pr. p.

— — γ **laevis** Müll. Arg.; thallus non granuliger, laevigatus, caeterum cum β *granulari* conveniens. — Foliicola prope Apiahy Brasiliae meridionalis: Puiggari n. 2670, 2692, et in monte Corcovado prope Rio de Janeiro in foliis *Artocarpi integrifolii:* E. Ule n. 21 pr. p. (pro magna parte spermogonifera).

1534. **Rotula emergens** Müll. Arg.; thallus fuscescenti-olivaceus, laevis; apothecia exigua, 1—2/10 mm lata, modice tantum e thallo emergentia, truncato-plana et tenuiter marginata, margo subacutus; hypothecium olivaceum v. subhyalinum; sporae 13—23 μ longae, 3—4 1/2 μ latae, 4-loculares, loculus superior intermediorum leviter major. — Similis borneensi *R. minimae* Müll. Arg., sed hypothecium aliud, et *R. melanophthalmae*, sed sporae graciles. A *R. vulgari* dein differt apotheciis multo minoribus et magis depressis, margine tenuiore, colore thalli. — Foliicola prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 18078 pr. p., et in foliis *Artocarpi integrifolii* in monte Corcovado: E. Ule n. 21 pr. p.

1535. **Platygrapha minima** Krplh. Lich. foliic. p. 12, et Lich. Becc. p. 39, sit **Rotula minima;** thallus olivaceo-fuscescens, laevigatus; apothecia circ. 1/8 mm lata; discus toto apothecio circ. triplo angustior; hypothecium late nigricans; sporae 12—15 μ longae et 3 1/2—4 μ latae. — Exiguitate apotheciorum et sporarum et insuper apotheciis leviter tantum emergentibus distincta est. A simili *S. emergente* Müll. Arg. recedit hypothecio crasso nigricante. — In Borneo (vidi specim. orig.).

1536. **Platygrapha chlorochroa** Krplh. Lich. foliic. p. 14, pr. p., et Lich. Becc. p. 40 pr. p., sc. thallo virente, est *Rotulae* species, et a simili *R. vulgari* v. *radiante* Müll. Arg. tantum sporis 6-locularibus, magis cylindraceis et apotheciis paullo minoribus differt et juxta *R. striguloidem* sub **Rotula chlorochroa** servanda est, sed ab hac excludenda sunt individua immixtim in eodem folio crescentia thallo albido v. saltem pallidiore, haud radiatim subplicato et sporis 4-locularibus praedita, quae ad *Rotulam melanophthalmam* Müll. Arg. referenda sunt. — Borneo (vidi specim. orig.).

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05168-0196-7

1537. **Platygrapha striguloides** Krplh. Lich. foliicol. p. 15 et Lich. Becc. p. 41, cui referenda est *Strigula Rotula* Montg. Syll. p. 375 quoad sporas (et hb. Montg.), non autem ejusd. Cub. p. 140 (fid. hb. Montg.); *Opegrapha Rotula* Müll. Arg. L. B. n. 686 (exclus. syn. Nyl.). — Est similis *R. vulgari β granulari* Müll. Arg., saepe tamen validior et apotheciis vulgo magis emersis, margine crassiore et demum albido — decolorato cinctis et praesertim sporis multo et subduplo longioribus, 6—8—10-locularibus (nec 4-locularibus, nisi statu juvenili facile recognoscendo), ambitu tenuioribus, loculo nullo ventricosulo bene distincta est, at extus tantum nunquam tute recognoscenda. — Clar. Montg. Syll. l. c. essentialiter specimina guyanensia Leprieuriana (n. 1358, 1359), nec primitivum cubanum suae speciei ante oculos habuit, at thallus »lineis exstantibus radiantibus« ad primitivam suam *Strigulam Rotulam* pertinet. — Ob characterem sporarum in Montg. Syll. datum, sc. ob sporas magis divisas hanc olim pro vera *Strigula Rotula* Montg. habui, et dein veram *Str. Rotulam* Montg. pro nova specie habui, unde orta est *Opegrapha radians* Müll. Arg. l. c. — Nomen admissum, sub *Platygrapha*, jam antea in Enum. Nyl. p. 131 editum, sed nunquam stabilitum, i. e. nunquam characteribus specificis justificatum fuit. — Hanc vidi e Guyana gallica in foliis *Papayrolae*, e Cayenne: Leprieur n. 1358, 1359, e Brasilia meridionali prope Apiahy pluries lectam: Puiggari n. 378, 385, 1033 et al., ex insula borneensi Sarawak: Becc. n. 232 b (vidi specim. orig.).

1538. **Platygrapha mirifica** Krplh. Lich. foliic. p. 13, et Lich. Becc. p. 40, paraphysibus liberis, rectis, apice clavatis et apotheciis hinc inde retrorsum coronato-dentatis a genere *Platygrapha* recedit; sit **Thelotrema mirificum** Müll. Arg. — Species valde insignis, statu sterili in variis num. borneens. a cl. Beccari distributis, e. g. n. 905, 1836, occurrit. Habitu ad *Th. megalophthalmum* Müll. Arg. L. B. n. 520 accedit, at sporis et thallo valde differt. — In insula Borneo (vidi specim. fert. orig.).

1539. **Opegrapha Phylloporinae** Müll. Arg.; apothecia in thallo alieno parasitantia, nigra, simplicia et stellatim 3—6-ramilligera, linearia, arcte adpressa et paullo depressa, circ. $^1/_{10}$ mm tantum lata, $^1/_2$—1 mm longa; perithecium basi crassius aut tenuius completum, labia in sectione perpendiculari conico-conniventia; asci 8-spori; sporae 12—17 μ longae, 4—5 μ latae, late digitiformes, aequaliter 4-loculares. — Sporae statu turgido semper hyalinae visae, sed demum obfuscatae et varie contracto-difformes sunt ut in reliquis congeneribus. Species quandam analogiam offert cum *Opegrapha medusuliza* Nyl., sed apothecia sunt valde tenuiora et sporae angustiores. — In thallo *Phylloporinae epiphyllae* Müll. Arg. prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 3033.

1540. **Opegrapha phyllobia** Nyl. in Flora 1874, p. 73, a cl. Leight. Amazon. Lich. p. 455 pro *Op. vulgata* Ach. (ad Spruce n. 276) determinata, est *Op. filicina* Montg. Cub. p. 184 t. 9. fig. 1, et Guy. n. 154, sc. nunc **Opegraphella filicina** Müll. Arg. Lich. epiph. nov. n. 49. — Latitudo lirellarum $^{9-14}/_{100}$ mm aequat, sc. haud parum ludit saepe in uno eodemque thallo, et adhuc magis ludit earum longitudo. Perithecium dimidiatum est et labia sicca apice quasi in cristam obtusam acutiuscule convergunt. Sporae 17—21 μ longae, 3—3$^1/_2$ μ latae, evolutae 6-loculares, loculus unus intermedius demum nonnihil ventricosus et saepe longior. — Foliicola ad San Gabriel in Brasilia sept.: Spruce n. 276, et meridionali pluribus locis, in Guyanis, ad Caracas et in Cuba.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05168-0197-3

1541. **Micrographa** Müll. Arg.; thallus crustaceus; gonidia phyllactidialia; apothecia gymnocarpica, opegraphina (dimidiata), margine proprio lecideino praedita; laminae paraphyses non anastomosantes; sporae e hyalino fuscae, transversim divisae. — Omnia ut in *Melaspilea*, inclusa *Melanographa* Müll. Arg., sed gonidia phyllactidialia, nec chroolepoidea. — Species *Opegraphae* exiguas simulant.

Praeter novas duas sequentes hic pertinet: **Micrographa phaeoplaca**; *Melaspilea phaeoplaca* Müll. Arg. Lich. Paraguay. n. 155. Tota potius Fungum simulat, sub hyphis fuscis aut nigris vultu funginis autem adest systema gonidiale phyllactidiale. Primum in Paraguay et dein etiam prope Apiahy in Brasilia meridionali ab oculatiss. Puiggari sub n. 476, 489, 1519, 2210 lecta fuit.

1542. **Micrographa abbreviata** Müll. Arg.; thallus maculiformi-tenuis, obscure olivaceus, continuus et laevis; gonidia obscurato-phyllactidialia; hyphae fusco-nigricantes, squarrosulae; apothecia 1/10 mm lata, ex orbiculari oblonga, 1–3-plo longiora quam lata, raro ambitu paullo longiora, clauso-lirelliformia, sulco perangusto; perithecium basi deficiens; asci obovoidei, superne pachydermei, 8-spori; sporae 23—27 μ longae, 7—8 μ latae, aequaliter 2-loculares, medio paullo angustiores. — Foliicola prope Apiahy Brasiliae: Puiggari n. 341.

1543. **Micrographa anisomera** Müll. Arg.; thallus maculiformi-tenuissimus, fusco-griseus, continuus, laevigatus; gonidia fuscidulo-phyllactidialia, hinc inde directe in marginem lirellarum abeuntia; lirellae confertae, vix 1/12 mm latae, 1 5/10 mm longae, ambitu eximie ludentes, vulgo tamen angustae, emersae, nigrae, margo tenuissimus; discus demum subplanus, late apertus et niger; perithecium basi deficiens; hypothecium hyalinum; asci oblongato-obovoidei, 8-spori; sporae e hyalino fuscae, 8–13 μ longae, 4—6 μ latae, clavato-obovoideae, valde inaequaliter 2-loculares, loculus superior inferiore multo latior et 2—4-plo longior. — Habitu ad *Opegraphellam filicinam* accedit. — Foliicola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 3034.

1544. **Myriostigma candidum** Krplh. Lich. foliic. p. 22, et Lich. Becc. p. 45, est vera *Arthothelii* species et dein **Arthothelium candidum** Müll. Arg. nominandum est. — Thallus coerulescenti-albus, quasi halonis instar tenuissimus; gonidia chroolepoidea, circ. 6—8 μ lata; hyphae 2 μ latae; stromata auctoris sunt ipsa vera apothecia, irregularia, fere plana; asci magni, subglobosi et globosi, pachydermei, 50—60 μ longi, 8-spori (non 4-spori, saltem normaliter), paraphysibus spuriis *Arthoniarum* tenellis connexo-ramosis copiose involuti; sporae 40—55 μ longae, 11—14 μ latae, evolutae 10-loculares, loculi transversim 2—3(–4)-locellati. — Apothecia candida, in superficie ob ascos obsolete velato-emergentes nonnihil inter ascos numerosos impresso-punctata. Haec punctula s. depressiones cl. auctor pro apotheciis habuit, unde genus *Myriostigma* erronee conditum fuit. Prope *Arthothelium leucocarpum* Müll. Arg. Diagn. Lich. Socotr. p. 15 inserendum est. — In Borneo (vidi specim. orig.).

1545. **Pycnographa** Müll. Arg., gen. nov.; thallus crustaceus; gonidia phyllactidialia; apothecia in stromate nigro sita, circa centrum radiantia, lirellina, opegraphina; paraphyses liberae; sporae hyalinae, transversim divisae. — A *Glyphide* et *Sarcographa* differt gonidiis et simul sporis.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05168-0198-9

1546. **Pycnographa radians** Müll. Arg.; thallus olivaceo-virens, pertenuis, laevigatus; stromata orbicularia, tenuia, 1½—2 mm lata, nigra, centro altiora; lirellae late lineares, simplices, erga centrum stromatis adscendenti-convergentes, ex innato-sessili demum emersae, circ. 1/7 mm latae; margines in sectione perpendiculari arcte conniventes, demum tamen hiantes, integri et nigri; lamina hyalina, basi in stroma commune abiens; asci oblongo-obovoidei, circ. 4-spori; sporae circ. 14 μ longae et 6 μ latae, 2-loculares, loculus superior paullo latior et vulgo leviter brevior. — Foliicola prope Apiahy in Brasilia meridionali: Puiggari n. 2542, 3051.

1547. **Phyllobathelium** Müll. Arg., gen. nov.; *Bathelii* sect. *Phyllobathelium* Müll. Arg. L. B. n. 680; omnia ut in *Bathelio*, sed gonidiorum systema primum phyllactidiale, sed radii mox hyphis percurrentibus segregati et valde intricati et tum spurie formam chroolepoideam, at cellulis magis cylindricis et longioribus, referentes. — Paraphyses liberae; sporae hyalinae, parenchymatosae. — Species unica nota brasiliensis: **Phyllobathelium epiphyllum** Müll. Arg., *Bathelium epiphyllum* ejusd. l. c., prope Apiahy: Puiggari n. 369, 1464, 1719, 2626, et prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 18074, 18096, 18099, 18109 a.

1548. **Microtheliopsis** Müll. Arg., gen. nov.; thallus crustaceus; gonidia phyllactidialia; apothecia pyrenocarpica, simplicia; paraphyses pertenues, verisimiliter connexae; sporae fuscae, simpliciter transversim divisae. — A genere *Microthelia* recedit systemate gonidiorum.

1549. **Microtheliopsis Uleana** Müll. Arg.; thallus fuscescenti-olivaceus, pertenuis, continuus et laevis; apothecia circ. 1/10 mm lata, fusco-nigra, subdepresso-hemisphaerica, nitidula, basi saepe zonula angusta cincta; perithecium dimidiatum; asci valde exigui, obovoidei, 8-spori; sporae mox fuscae, 10—13 μ longae, 4—5 μ latae, fusiformi-ellipsoideae, aequaliter 4-loculares. — Exiguam *Phylloporinam* simulat. — Foliicola in Morro da Nova Cintra prope Rio de Janeiro: E. Ule n. 22 pr. p.

1550. **Verrucaria virescens** Krplh. Lich. foliic. p. 21, et Lich. Becc. p. 53, est vulgatissima *Porina epiphylla* Fée Ess. Suppl. p. 75; Müll. Arg. L. B. n. 653, s. **Phylloporina epiphylla** Müll. Arg. Lich. epiph. nov. n. 50. — Sporae ab auctore vix liberae visae nimis longae indicatae, divisione ludunt, vulgo 7-septatae, sed etiam simul hinc inde 9—11-septatae adsunt. Ille Lichen autem, quem in meis L. B. n. 652 (ex divisione sporarum et falsis dimensionibus Krplh.) pro *Verrucaria virescente* Krplh. habui et sub *Porina virescente* enumeravi, distinctus est et specifice sub **Phylloporina virescente** Müll. Arg. Lich. epiph. nov. n. 50 servandus est. — Vidi specim. orig.

1551. **Verrucaria melanobapha** Krplh. Lich. foliic. p. 18, et Lich. Becc. p. 51, est pulchre evoluta *Rhacoplaca subtilissima* Fée Ess. p. XCIX. t. 2. fig. 5, nunc **Strigula subtilissima** Müll. Arg. L. B. n. 678. — In Borneo (vidi specim. orig.).

1552. **Verrucaria monocarpa** Krplh. Lich. foliic. p. 19, et Lich. Becc. p. 63, cujus sporae hucusque ignotae et cujus locus systematicus dein dubius, sit **Phylloporina** (s. **Segestrinula**) **monocarpa** Müll. Arg. — Est species eximie distincta. Thallus orbillas perexiguas, vix 1 mm latas, centro monocarpicas v. circa apothecium plus minusve obsoletas formans; gonidia phyllactidialia; apothecia 4/10 mm lata, conico-hemisphaerica, dimidiata, fusco- v. rufo-nigricantia, primum magis fulva; paraphyses

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05168-0199-7

tenellae; sporae in ascis cylindricis 8-nae, circ. 35 μ longae et 4—4½ μ latae, anguste digitiformes, utrinque subobtusae, regulariter 6-loculares. — Foliicola ad Singapore: Beccari (vidi specim. orig.).

1553. **Verrucaria limbolata** Krplh. Lich. foliic. p. 17, et Lich. Becc. p. 54, sit **Phylloporina** (s. **Segestrinula**) **limbolata** Müll. Arg. — Thallus obscure olivaceus; gonidia phyllactidialia; apothecia rufescentia et fusca, inferne crassiuscule thallino-velata et, ostiolo excepto, undique subradiatim cellulosa, basi late in thallum abeuntia. — Sporae a Krplh. bene descriptae. — Cum *Ph. albicera* in iisdem foliis commixtim crescens, et statu sicco aegre ab ea recognoscenda, madefacta autem optime diversa thallo longe obscuriore, apotheciis intensius fusco-rufescentibus (in illa autem intensius flavescenti-pallida) et basi non contractulis. Sporae demum ambitu paullo latiores, magis fusiformes. A simili *Ph. rubicolore* Müll. Arg. differt colore thalli, apotheciis magis thallino-corticatis, paullo majoribus et sporis validioribus. — In Borneo (ins. Sarawak): Becc. (vidi specim. orig.).

1554. **Verrucaria albicera** Krplh. Lich. foliic. p. 16, et Lich. Becc. p. 53, sit **Phylloporina** (s. **Segestrinula**) **albicera** Müll. Arg.; thallus aeruginoso-virens, tenuissimus; gonidia phyllactidialia; apothecia 2/10 mm lata, hemisphaerica, vitellino-pallida, ostiolo perexiguo prominente carneo ornata, sub microscopio virenti-flavicantia; sporae ut in *Ph. rufula* et in brasiliensi et affini *Ph. fulvella* Müll. Arg., cujus apothecia sunt depressa. — Foliicola in Borneo (ins. Sarawak): Beccari (vidi specim. orig.).

1555. **Verrucuria rufula** Krplh. Lich. foliic. p. 20, et Lich. Becc. p. 53 (1874), sit **Phylloporina** (s. **Segestrinula**) **rufula** Müll. Arg. — Descriptio auctoris infelix et falsis, e confusione aut potius transpositione quadam notularum ortis valde obfuscata est. — Maculae thallinae bene circumscriptae, phyllactidiales, ochraceo-flavae (nec testaceae); apothecia 1/4 mm lata, grosse radiatim cellulosa, cum thallo fere concolora v. demum paullo obscuriora et leviter rufula, saltem inferne obsolete thallino-corticata; sporae 4-loculares (non 4—5-septatae, i. e. 5—6-loculares), 20—22 μ (nec 32—34 μ) longae, 3½—4 μ (nec 8—9 μ) latae, ut in *Ph. rubentiore* Müll. Arg., sed thallus et apothecia alia. — Dimensiones et structura sporarum apud Krplh. e *Verrucaria ravida* Krplh. depromptae videntur. — Juxta *Ph. fulvellam* Müll. Arg. locanda est, et eadem est ac vulgatissima *Verrucaria rubicolor* Stirt. Lich. on Leaves p. 9 (1878), s. *Porina rubicolor* Müll. Arg. L. B. n. 659. Thallus colore, ut jam antea in meis L. B. dixi, valde ludit, saepius argillaceo-flavicans, interdum olivaceo-virens aut decolorato-albescens, v. dein aurantiaco- v. ochraceo-flavicans. — Foliicola in Borneo, et vulgaris in America calidiore.

Ph. ruf. v. **rhodoplaca**; *Porina rubicolor* v. *rhodoplaca* Müll. Arg. L. B. n. 659. — In Brasilia sept. ad San Gabriel: Spruce n. 466 pr. p., prope Apiahy: Puiggari n. 1453 pr. p., in Philippinis in Cumingii n. 829 *Myristicae bracteatae* v. *longifolia* A. DC.

Ph. ruf. v. **obscurata**; *Porina rubicolor* v. *obscurata* Müll. Arg. L. B. n. 659; cum planta normali vulgaris. — Ad hanc dein etiam *Porina leptospermoides* Müll. Arg. L. B. n. 658 revocanda est, cujus statum non omnino evolutum refert. Apothecia enim juniora ipsius plantae normalis sporas offerunt speciei suppressae.

1556. **Porina** (s. **Euporina**) **imitatrix** Müll. Arg.; thallus argillaceus v. argillaceo-virens, tenuis, sublaevis v. obsolete gibbosulus, margine hinc

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05168-0200-3

inde latius in zonam argenteo-nigrescentem subplumosulam et pro parte interruptam abiens; gonidiorum chroolepoideorum articuli breves; apothecia $^2/_3$ mm lata, thallino-vestita, nano-hemisphaerica; ostiolum e fulvo-fusco demum nigricans, semper punctiformi-angustum; perithecium obscure tinctum; sporae 8-nae, 40—47 μ longae, 7—10 μ latae, late fusiformes, utrinque obtuse attenuatae, 8-loculares. — Apothecia illa referunt *Porinae Tetracerae* Müll. Arg. et *P. desquamescentis* Fée, sed thallus zona cinctus et sporae exacte ut in proxima *P. marginata* Fée, cujus apothecia superne late fulva. — Foliicola prope Rio de Janeiro: Glaziou, inter n. 18072, 18085, 18086.

1557. **Porina** (s. **Euporina**) **verruculosa** Müll. Arg.; thallus carneo-argillaceus, tenuissime granularis, granula nano-hemisphaerica, $^1/_{20}$—$^1/_{15}$ mm lata, densa; gonidiorum articuli breves; apothecia $^2/_{10}$ mm lata, alte hemisphaerica, cum thallo concolora, granulis thallinis aliquot verruculosa, vertice haud prominente fulvo- v. pallido-ostiolata; perithecium pallidum; sporae 8-nae, 16—19 μ longae, 4—5 μ latae, digitiformes, 6-loculares. — Juxta paraguayensem *P. lecanorellam* Müll. Arg. locari potest, cui tamen non arcte affinis est. Apothecia quasi formam exiguam referunt *Pertusariae granulatae* Müll. Arg. (*Pert. verrucosae* Montg.), et habitu etiam ad *Porinam nuculam* Ach. accedunt, ubi sporae longe aliae. — Foliicola prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 18103.

1558. **Phylloporina** (s. **Euphylloporina**) **macrospora** Müll. Arg.; thallus argillaceo-pallidus, tenuissimus, continuus et laevis; apothecia $^1/_3$—$^1/_2$ mm lata, hemisphaerica, thallino-corticata, apice obtuso fulvo-carnea; sporae 8-nae, circ. 80 μ longae et 15 μ latae, 18—22-loculares, loculi omnes subduplo latiores quam longi. — Extus satis *Phylloporinam epiphyllam* Müll. Arg. simulat, sed sporae longe majores, pluries latiores et loculi 3-plo numerosiores. — Thalli gonidia valde mixta visa sunt, alia simplicia globosa numerosa, alia pauciora depauperato-serialia et iterum alia dein regulariter phyllactidialia. Haec ultima, etiamsi minus numerosa, ex summa analogia huic speciei propria adscribenda videntur. — Juxta *Phylloporinam multiseptatam* Müll. Arg. inserenda est. — Foliicola prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 18081.

1559. **Phylloporina** (s. **Euphylloporina**) **platyspora** Müll. Arg.; thallus pallido-virens, tenuissimus (aegre perspiciendus); apothecia $^1/_2$ mm lata, truncato-hemisphaerica, lateraliter pallide thallino-corticata, apice late truncato nuda et fulvo-fuscescentia; sporae 4—6-nae, 2-seriales, late fusiformes, 55—80 μ longae, 14—17 μ latae, 10—16-loculares, loculi omnes multo latiores quam longi. — Gonidia adsunt mixta, partim globosa, partim phyllactidialia ut in *Ph. macrospora* Müll. Arg., cui affinis est. Apothecia de supra visa *Lecanoram* fere simulant. — Foliicola prope Apiahy in Brasilia meridionali; Puiggari n. 2218 pr. p.

1560. **Phylloporina** (s. **Segestrinula**) **rubentior** Müll. Arg.; *Verrucaria rubentior* Stirt. Lich. on Leaves p. 9; thallus olivaceo-virens, tenuissimus (aegre distinguendus), continuus; gonidia irregulariter phyllactidialia, pro parte in filamenta soluta; apothecia $^{8—22}/_{100}$ mm lata, demum alte globoso-hemisphaerica, basi constricta, rufo-fusca, demum rufo-nigricantia, nuda, hinc inde demum apice late collapso-concava; perithecium irregulariter cellulosum; sporae in ascis 8-nae, 1—2-seriales, obtuse fusiformes, 15—20 μ longae, $3^1/_2$—4 μ latae, 4-loculares. — Sporae ut in

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05168-0201-9

vulgari *Phyllop. rufula* Müll. Arg., sed apothecia insigniter superficiali-emersa et alte convexa, et praesertim aliter cellulosa. Apothecia juniora omnino simulant illa *Phyll. rufulae* et species hoc statu vix nisi cellulis perithecii recognosci potest. — Foliicola in Brasilia meridionali prope Apiahy: Puiggari n. 2629 pr. p., 2684, et prope Rio de Janeiro: Glaziou (inter Miscellan.), in Paraguay: Balansa.

1561. **Phylloporina** (s. **Segestrinula**) **octomera** Müll. Arg.; thallus orbillas exiguas mox confluentes fuscescenti-pallidas et tenuissimas formans; gonidia pulchre phyllactidialia, cellulae elongatae; apothecia $^{2-3}/_{10}$ mm lata, alte hemisphaerica, basi thallino-vestita, caeterum nuda, sicca fusca, madefacta fulvo-fusca et paullo pellucida, sub microscopio marginem versus radiatim cellulosa; asci angusti, 8-spori; sporae 26—38 μ longae, 4—4 $^1/_2$ μ latae, anguste fusiformes, basi longius angustatae, 8-loculares. — Juxta *Ph. monocarpam* Müll. Arg., e Borneo, cujus apothecia majora et magis depressa et cujus sporae ampliores, locanda est. — Foliicola prope Apiahy et Iporanga in Brasilia meridionali: Puiggari n. 368 pr. p., et prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 18095, et E. Ule n. 47 pr. p.

1562. **Phylloporinae** sect. **Sagediastrum** Müll. Arg. Lich. Epiphyll. nov. n. 50; gonidia in systema phyllactidiale evoluta, i. e. in series dichotomas abeuntia quae ipsae tantum brevi v. etiam varie longiore tempore in membranam coalitae sunt; series hae non raro apice v. longiore tractu v. fere undique demum liberae evadunt et tum gonidia chroolepoidea simulant. Hoc respectu in una eademque specie valde variant, at a veris chroolepoideis in eo discernuntur quod cellulae longe magis regulares, cylindricae, non v. vix irregulariter ventricosae et propter originem semper valde numerosae. Subinde etiam, statu segregato, series valde intricatae et hyphis percursae observantur, hinc inde tamen ramificationem dichotomam clare ostendentes.

1563. **Phylloporina** (s. **Sagediastrum**) **Janeirensis** Müll. Arg.; thallus olivaceo-virens, tenuissimus, continuus et laevis, late effusus; apothecia $^{5-6}/_{10}$ mm lata, nigra, nano-pyramidalia, obtuse subacuminata, nuda, opaca, apice nitidula; perithecium dimidiatum, basi late apertum; nucleus albus; paraphyses tenuiter capillares; asci angusti, 4—6-spori; sporae 50—60 μ longae, circ. 7 μ tantum latae, utrinque obtuse angustatae, medio modice constrictae, anguste fusiformes, 2-loculares, loculi aequales. — Apothecia majora quam in vulgatissima *Ph. phyllogena*, et sporae longitudine pro hac sectione insignes. Systema gonidiorum phyllactidiale, cellulae breves, mox laxae et earum series dein plus minusve chroolepoideo-segregatae. — Foliicola prope Rio de Janeiro: Glaziou (inter miscell. parce).

1564. **Phylloporina** (s. **Sagediastrum**) **obducta** Müll. Arg.; thallus olivaceo-argillaceus, tenuissimus, laevis; gonidia irregulariter phyllactidialia; apothecia copiosa, $^2/_{10}$ mm lata, conico-hemisphaerica, acutata, praeter verticem nudum et atrum undique strato thallino cum thallo concolore obducta; perithecium dimidiatum; sporae in ascis linearibus imbricatim subuniseriales, 8-nae, circ. 10—12 μ longae, anguste fusiformes, 2-loculares. — Apotheciis minoribus fere omnino thallino-obductis magis elato-acutatis a communi *Ph. phyllogena* differt. — Foliicola prope Rio de Janeiro: Glaziou n. 18085 pr. p., et 18086.

1565. **Phylloporina** (s. **Sagediastrum**) **caerulescens** Müll. Arg.; thallus olivaceo-virens, tenuissimus, laevis, ambitu in zonam latiusculam

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05168-0202-5

plus minusve imove pulchre caeruleam abiens; gonidia irregulariter phyllactidialia; apothecia circ. 1/3 mm lata, hemisphaerica, halone thallino tecta, cinerascenti-atra; perithecium dimidiatum; sporae in ascis linearibus imbricatim 1-seriatim 8-nae, circ. 10 μ longae et 3 μ latae, 2-loculares. — Cum vulgari *Ph. phyllogena* characteribus carpologicis congruit, sed thallus margine in zonam plus minusve coeruleam transit. Saepius inter alios Lichenes insulatim crescit raroque bene evoluta est, et subinde a *Phyllopsorina epiphylla* aut aliis pro parte obtecta est. — Foliicola prope Rio de Janeiro: Glaziou, inter miscell. et n. 18078 pr. p., 18105 pr. p.

1566. **Strigula Nematora** Montg. Cub. p. 143 (non *Nematora argentea* Fée Ess. p. XCIX, nec *Strigula nemathora* Nyl. Pyr. p. 67), est **Strigula argyronema** Müll. Arg. Pyr. Cub. p. 379. Est longe validior quam *St. elegans* v. *nemathora* Müll. Arg. Pyr. Cub. p. 380, s. *Nematora argentea* Fée, a qua insuper differt apotheciis multo majoribus et thallino-obtectis, nec nudato-nigris. — In insula Cuba: Ramon de la Sagra (vidi specim. orig. Montg.).

